

animi sunt, qui in consilio fuerunt: testes publ. tabula: testis splendidissima civitas Lilybatana: testis honestissimus maximusque conventus civium Rom. nihil potest, producerendi sunt: ita producuntur, & ad palam alligantur. Etiamnum mihi expectare videmini, iudices, quid deinde factum sit: quod iste nihil unquam fecit sine aliquo questu atque praeda. Quid in eiusmodi re fieri potuit? quod commodum est? Expectate facinus quam vultis improbum: vincam tamen expectationem omnium. Nomine sceleris conjurationisque damnati ad supplicium traditi, ad palam alligati, repente multis millibus hominum inspectantibus soluti sunt, & Leonida illi Domino redditi.

Pro Cæcin. Quæro si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines & armati non modo limine tectoque adituum tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohibuerint quid acturus sis?

Ibid. Venio nunc ad illum. Non dejeci, sed non si vi accedere. Puto te ipsum, Piso, perspicere, quantum ista sit angustior iniquiorque defensio, quam si illa uterere, non fuerunt armati, cum saxis & fustibus fuerunt.

Pro Rabin. Tu denique Labiene, quid faceres, tali in re ac tempore?

Verrin. 2. Nunc ego, iudices, jam vos consulo, quid mihi faciendum putetis.

Verrin. 1. Tu Cæcili quid facies? utrum hoc tantum crimen prætermittes? an objicies.

De Divinat. Tibi Q. Coeli hoc Siculi dicerent: te non novimus: nescimus quis sis: nunquam te antea vidimus! Sine nos per eum nostras fortunas defendere: cujus fides est nobis cognita? Nonne id dicerent, quod cui vis probare deberent?

Pro Sextio. Hæc cum viderem, quid agerem iudices? Scie enim tamen non mihi vestrum studium, sed meum propè vestro defuisse. Contenderem contra tribunum plebis privatius armis? Quid si in prima contentione vitribunitia victis in foro cum multis viris bonis concidissem?

Terent. in Phorm. Cedo quid ego nunc ex ista inopia habeam, & quid tu ex ista copia?

Idem